



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLIX. Markgraf Ludwig überträgt die Vogtei über die Städte Königsberg, Soldin, Bärwalde, Schönfließ, Lippehne und Morin an Heinrich und Arnold von Uchtenhagen von Wedel und Heinrich, Otto und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

rum, sita in precaria et auena merice ville Raczelstorp. Si uero plures redditus et prouentus in dicta villa habuerimus; pro his nobis satisfaccient pro frusto precarie et in aliis quibuscunque nobis quinque marcas argenti Brandenburgensis, sine dilacione qualibet perfoluendo, et extunc nullus equitatorum terre dictam villam intrare debeat; nec non IIII frusta reddituum in precaria ville koninges tali modo, si quid ipsis in eisdem IIII frustis defecerit, id ipsum ipsis tenebimur alias adimplere. Volentes quod vniuersa et singula predicta bona, scilicet castrum, opidum, cum suis pertinenciis vniuersis quibuscunque graciis et commodis et honoribus, nec non etiam si plus de redditibus in predicta villa fuerit, sicut supra dicitur, X et quatuor frusta reddituum annuorum expressa debebunt pacifice et quiete perpetuis temporibus iusto pheudi titulo possidere. Pro qua quidem collacione memoratus Haffo nobis in sexaginta marcis denariorum leuium satisfaccit pecunia in parata, et de omnibus dampnis, in obsequio nostro perceptis et expensis, quas pertulit usque in hodiernum diem causa et nomine nostri renunciauit, ea et eas nobis libere remittendo etc. In cuius Testes Hennebergh, dyphold, Bombrecht, Hele, Her. Wulkow, Thidericus Morner. Datum Ffrankenfurth, Anno M^o CCC^o L^o, Sabbato ante lucie.

Aus dem Hachwig'schen Copiaro mit der Bemerkung: non est recepta, und der Diefmann'schen Sammlung fol. 101.

XLIX. Markgraf Ludwig überträgt die Vogtei über die Städte Königsberg, Soldin, Bärwalde, Schönfließ, Rippenhue und Morin an Heinrich und Arnold von Uchtenhagen von Wedel und Heinrich, Otto und Meinekfn Mörner, im Jahre 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. commisimus et presentibus committimus strenuis viris Henrico et Arnolde de vchtenhagen, fratribus, nec non de wedel, et heinrico et Ottoni et reynekinio Morner, fratribus, fidelibus nostris dilectis, aduocaciam ciuitatum nostrarum koningesberg, Soldin, Bernwoldt, Schowenflit, Lippene et Morin, sic quod singulas obuencionis et pertinencias, videlicet pensiones et precarias, bona mobilia et immobilia horum, quos sine heredibus decedere contingeret, ad nos iure pheodali deuoluta uel etiam deuoluenda, cum vendicione lignorum sub modum et vsum hactenus obseruatum, et alias contribuciones qualitercunque nominatas ad dictas ciuitates, aduocaciam et earundem districtus spectantes, tollere debeant, vna cum contribucionibus iudeorum, in premissis ciuitatibus residencium, et mericarum prouentibus ad eandem aduocaciam spectantibus, et specialiter quod mericis, quas dicti Schowenbecke et noppin tenuerunt, cum suis pertinenciis et obuencionibus preesse poterint et debeant. Et de singulis premissarum parcium articulis debebunt nobis et heredibus nostris per nos requisiti debitam facere rationem. Promittentes etiam, quod predictos de vchtenhagen de wedel et Morner ab eadem aduocacia et suis pertinenciis nolumus, nec debemus (remouere, prius) quam ipsis et eorum heredibus per nos et heredes nostros de omnibus conquisicionibus faciendis nobis, dampnis et sumptibus in seruiicio nostro pro nostris vibus percipiendis, que probabiliter docere poterunt, integraliter fuerit satisfactum. Dantesque prenotatis vchtenhagen de wedel et Morner cum vafallis nostris, in pretacta aduocacia residentibus, pro dampnis suis legitimis in seruiicio nostro

perceptis ad adhuc percipiendis, cum ipsis tractandi plenariam facultatem; et qualiter cum predictis ciuibus quam vafallis super premiffis et aliis tractauerint et nos cum eisdem conformauerint, id gratum et ratum tenere volumus. Datum in Bernow, Anno M^o CCC^o L^o.

Aus Sachwitz'scher Abschrift und der Dietmann'schen Sammlung fol. 291 und 242.

L. Markgraf Ludwig überläßt dem Haffo von Uchtenhagen, genannt von Wedel, die Bede des Dorfes Hantseberg für 100 Mark, die jener für den König von Dänemark in Stralsund aufgewandt hat, am 3. August 1351.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. vendidimus et debito vendicionis contractu locauimus strenuo viro Haffoni de vchtenhagen, dicto de wedel, suisque etc. precariam denariorum, carnum et seruicium curruum ville Hantberg, cum suis pertinenciis debitis, in recompenfam C marcarum argenti Brandenb., quas sororio nostro dilecto, excellenti principi wolde-maro, danorum regi, pro sumptibus in ciuitate fundis, cum pro nobis in subsidium venerat, exposuit, pretactam precariam et seruicium curruum cum suis pertinenciis tam diu tollendum et pacifice possidendum, quousque per nos ac heredes nostros in predictis C marcis argenti Brandenb. integraliter fuerit satisfactum. In cuius etc. Testes Bombrecht, Lochen, magister coquine, cum ceteris. Datum Spandow, Anno M^o CCC^o LI^o, feria IIII ante Sixti.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.

LI. Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Haffo's des Rothen von Wedel das Dorf Blockhagen zum Leibgedinge, am 7. Oktober 1351.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. nostri fratrumque nostrorum dilectorum, illustrissimi Ludovici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, nomine, honeste matrone legitime Haffonis Ruffi de Wedel talem gratiam facimus presentibus specialem, quod villam Blockhagen cum omnibus suis iuribus, prouentibus et obuencionibus, videlicet pactu, censu, precaria et cum omnibus deriuacionibus de predicta villa deriuantibus, eciam qualitercunque nominatis, prout in litteris sui mariti continetur, debeat pacifice et quiete ad vite sue tempora, sine impedimento alicuius seu quorumlibet hominum, possidere. Mandantes vniuersis et singulis nostris capitaneis, aduocatis, ciuitatum, opidorum uel villarum rectoribus et iudicibus, nostre gratie sub obtentu, ne contra predictam matronam et bona sua supradicta, videlicet in Blockeshagen, ad instanciam alicuius agentis uel agere volentis aliquod iudicium uel iurisdictionem exerceant ali-